



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Laus Guilielmi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

publicum rati, si modesti sint. Expeditus ea quasi
muta declamatione, mortuoq; magisterio obe-
diens Doctor ad vocalem pugnam, viamq; do-
ctrinā accingitur. Ieiunij Magni tempore Gui-
lielmo Duis Alberti filio Principi Landeshutæ à
sacris concionibus fuit annis duobus continuis.
Quo tempore cum alia effecit apud Principem,
tum vt aulicos quosdam ad officium reuocaret,
vtq; nouas, & amplas indulgentias vni, alterique
Bauariæ Templo, OEttingensi, opinor, & Don-
tenhausiano quæ religionis gratia peregrini cele-
brant, impetraret; tum vt libros salutare sua co-
emptos pecunia passim inter populum sparge-
ret. Turcam etiam quendam Catechismo infor-
matum præclara cæremonia sacris aquis admo-
uit, magno totius populi motu ob splendorem,
ac Maiestatem sacrorum rituum, & adiunctas
Indulgentias, quas ipse Canisius & impetrarat à
Nuntio Apostolico, & magnificè promulgarat.
Libenter autem apud talem virum, ac Principem

fungebatur eo munere legatus Christi, quod in si-
gnem ille præ se ad pietatis cultum propensionem
ferret, in visendis, & consolandis ægrotis sedulus
(verba Canisij sunt) in aula sua bene constituen-

p

da se-

*Concionatur
Guilielmo
Principi Ba-
uaro.*

*Laus Gui-
lielmi.*

da ferius, ad cultum diuinum domi, publiceque celebrandum vehementer intentus, & qui sibi, & Vxori, & Aulicis seuerum ieiunium Quadragesima tota indiceret, seruaretque, nunquam cuiquam nisi Dominico die præbita coena.

*Obedientia
soris, & fratris
plen.*

Inter hæc vnum fuit molestum tractatu negotium, sed pro eius grauitate (maius enim re quam specie erat) & obedientia Canisij præmitti non potuit. Præ nobili, ac pio Dynastæ à confessionibus erat Sacerdos de societate animorum tractandorum beneperitus, sed qui frequentior esset in Aula, quam disciplinæ domesticæ, institutisque ordinis conueniret. Eam ob rem tentauerant Patres, si possent hominem ab eo munere, locoque euocatum Romam abstrahere, nec quicquam erat profectum, nisi vt grauiter Princeps offenderetur. Causa igitur vel transigenda, vel mitiganda permissa est à Præposito Generali & Prouinciali Hoffæo autoritati, prudentiæque Canisij. Dolebat Princeps bonum, gratumque sibi confessarium tam subito in urbem euocari, & tãquam male gesto munere deformari. Proferri iubebat si quid subesset fraudis: sin autem nihil explicaretur, aiebat, nihil sibi restare aliud, dum videret